



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones Miscellanæ

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Index Argumentorum Harum omnium Decisionum Miscellanearum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94626](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94626)

AUCTORIS PARÆNESIS

Ad R. R. Parochos, ac Confessarios Patavinos.

Studia Vestra Annis 1681. 1682. 1685. & 1686. in lucem edita tantum invenerunt applausum apud eruditos Viros illius temporis, ut posteri Vestrorum laborum veneratores eadem conquirerentes, nec amplius invenientes compulerunt meipsum ad eorundem studiorum quartam impressionem procurandam, quæ in hoc unico libro, sub nomine Decisionum Miscellanearum prodeunt iterum in lucem; & continent ea omnia, quæ in prædictis quatuor annis fuerunt à Vobis digesta, non solum circa peccata, & virtutes primi, ac secundi Præcepti Decalogi, nec non circa peramplam materiam Usurarum, Censuum, Cambiorum, Livellorum, & perdifficilem aliam de Restitutione: sed etiam ea, quæ in casibus Prudentialibus edocuisistis, tum circa prærogativas scientiæ, laboris, probitatis, & sollicitudinis erga salutem animarum requisitas in Parochis, tum circa industrias per eosdem adhibendas ad eliminandos abusum, & ad inferendas Virtutes in Parochianis, ut ipsi reddantur devoti, ac obsequentes erga Ecclesias, Sacramenta, dies festos, divinorumque mandatorum observantiam; & abstineant à Vitiis hic longa serie examinatis. Sunt igitur hæ Decisiones studia Vestra? & quidem ampliora, ac ornatiora ob Historiarum, & Casuum adduamenta; atque ob argumenta, & summaria facilioris studii gratia, cuicumque Decisioni præposita. Illa conjuncto, religiosoque animi vestri affectu excipite; & quæ scripsistis circa Sacramentum Matrimonii, Annis 1683. & 1684. non multum posthinc, cum Decisionibus de Ordine Sacro, cui Anno 1692. studuistis, expectate, & Valete.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concedemo Licenza à Lorenzo Baseggio Stampatore, di ristampare il Libro intitolato *Decisiones Miscellaneæ*, Jo. Clericali Præposui Patavini, giusto l'esemplare stampato nell'Anno 1709.

Data 17. Gennaro 1723.

{ Alvise Pisani Kav. Procur. Riff.
{ Zan Pietro Pasqualigo Riff.

Agostino Gadaldini Segret.

INDEX ARGUMENTORUM

Harum omnium Decisionum Miscellanearum.

DECISIO I. *Argumentum.*

Differitur quid, & quotuplex sit Peccatum? Quot in casibus peccatum mortale transeat in Veniale? Et è contra Veniale transeat in mortale? An peccet qui internis cogitationibus libidinosis neque assentit, neque dissentit? Et an ille qui ex nimia ira solet blasphemare? Prudentialiter autem ponuntur remedia adhibenda, ut populus evitet verba obscœna.

DECISIO II. *Argumentum.*

Agitur de metu, & de ignorantia, & quibus in casibus excusent peccantes à mortali? Media adhibenda, ut populi accedant ad discendam Doctrinam Christianam.

DECISIO III. *Argumentum.*

Explicatur, quid sit fides? quot ejus præcepta? Et quot peccata contra ipsa? Quæ mysteria fidei de necessitate scienda? Et quando sint eliciendi actus Fidei? De Professione fidei à Pa-

rochis facienda, & prudentialiter de remediis pro servanda reverentia in Ecclesiis.

DECISIO IV. *Argumentum.*

Differitur de Spe, & de Charitate erga Deum? Quæ sint peccata contra has virtutes? Quo tempore actus earum sint eliciendi? An peccent, qui semper stare vellent in hoc mundo; & qui dum infirmantur, nolunt medicinas? Tandem de remediis pro extirpandis Choreis, ac Saltationibus.

DECISIO V. *Argumentum.*

Declaratur primum Decalogi præceptum; quæ sint peccata Religioni opposita? Quid & quotuplex sint Adoratio, ac Oratio? An liceat vendere Agnos cereos benedictos? Et nullam recitare in die Orationem? Dantur modi excitandi populum ad devotionem, & orationem.

DECISIO VI. *Argumentum.*

Agitur de Divino Officio, ac Floris Canonici-

Index Argumentorum.

cis, & de iis, qui ad eas sunt obligati. An Canonici Coadjutor obligati sit recitare Divinum Officium, & ille qui habet beneficium? Monita pro recitando Officio Divino devotè.

DECISIO VII. *Argumentum.*

Dantur definitiones, & divisiones Superstitionis, Idololatriæ, ac Magiæ. Referuntur superstitiones Muliercularum, & Alchimistarum. Deinde remedia pro eliminandis superstitionibus.

DECISIO VIII. *Argumentum.*

Exponitur quid, & quotuplex sit Maleficium? Quæ circumstantiæ sint perquirendæ à Confessario circa hoc peccatum? Quæ censura latae sint contra maleficos? Remedia præservandi filios à maleficiis.

DECISIO IX. *Argumentum.*

Exponitur quid, & quotuplex sit Sacrilegium? Qui possint absolvere sacrilegum percussorem Clerici? An sit sacrilega delectatio turpis, dum peragitur res sacra? Quibus mediis concilietur obsequium erga Ecclesiasticos?

DECISIO X. *Argumentum.*

Agitur de Sacrilegio in loco sacro, quod sit per furtum, per exercitium Iudicii secularis; per pollutionem Ecclesiæ, & aliis modis loco sacro injuriis. Diligentia, ut populus devotè intersit Divinis Officiis.

DECISIO XI. *Argumentum.*

Quomodo Ecclesia polluat per effusionem sanguinis, ac seminis humani? & per sepulturam excommunicati, vel infidelis? Proponuntur casus duo de eadem materia, & dantur remedia, ut Ecclesiæ serventur cum nitore, & absque sordibus.

DECISIO XII. *Argumentum.*

Declarantur effectus Pollutionis Ecclesiæ; functiones sacræ, quæ fieri non possunt in Ecclesia polluta; & pœnæ contra Sacerdotes illas facientes. An bona fides eos excuset? Et an pollutio Ecclesiæ extendatur ad cæmeterium? & è contra? Monita pro nitore suppellectilis Sacræ.

DECISIO XIII. *Argumentum.*

Agitur de Immunitate loci Sacri, & de securitate Reorum ad Ecclesiam confugientium. Quo Jure sit introducta? Quæ loca gaudeant hac immunitate? Quæ delicta sint excepta? Quæ pœnæ infligantur contra violantes illam? Casus duo de delinquentibus in Ecclesia, & an gaudeant ejus immunitate? Remedia pro temperantia Ecclesiasticorum in cibo, & potu.

DECISIO XIV. *Argumentum.*

Declaratur quid sit Homicidium proditorium. Quid sit Assassinium? Quale crimen læsæ Majestatis non gaudens Immunitate loci Sacri? Qui sint latrones publici? & qui grassatores viarum? Casus duo de homicidio proditorio. Tandem quibus industriis sit retrahenda plebs ab ebrietate.

DECISIO XV. *Argumentum.*

Referuntur pœnæ constitutæ contra usurpatos bona Ecclesiastica; & modi omnes, quibus dicta usurpatio fiat. An liceat Parochis cedere arbores fructiferas suorum beneficiorum, & Patroni possint habere fructus beneficii vacantis? De abusu Tabachi, quibusvè mediis sit ab Ecclesiasticis proscribendus.

Doff. Clericali Tom. II, Lib. IX.

DECISIO XVI. *Argumentum.*

Disputatur, An liceat locare bona Ecclesiæ ultra triennium? Vel ea in emphyteusim dare? Quæ requirantur pro iis ad livellum dandis? Quæ bona Ecclesiæ possint alienari sine licentia? Quid relevet clausula salvo beneplacito Sedis Apostolicæ? Confraternitates laicorum an possint earum bona alienare? De methodo suadendi populo solutionem integram Decimarum.

DECISIO XVII. *Argumentum.*

Ostenditur quid sit blasphemia? Quam grave peccatum? Quot modis committatur? Casus duo de hoc crimine. Suasio ad Ecclesiasticos pro quotidiana oratione mentali per ipsos facienda.

DECISIO XVIII. *Argumentum.*

Sequitur explicatio peccati blasphemiæ. De ea casus & doctrinæ pro Confessariis. Impugnatur Choreæ, ac saltationes.

DECISIO XIX. *Argumentum.*

De eodem gravissimo peccato Blasphemie quæsitæ, & casus scitu necessarii. Pro astringenda devotione in Ecclesiasticis qui libri sint magis proprii.

DECISIO XX. *Argumentum.*

Discutitur, an liceat jurare per Deos falsos? per diabolum? & quis sit blasphemus consuetudinarius? Casus duo, unus de blasphemia, alter de Juramento per comparisonem, Obligatio solvendi legata pia.

DECISIO XXI. *Argumentum.*

Referuntur pœnæ statutæ in blasphemos, & in provocantes ad blasphemandum. Ad quid sint obligati qui audiunt aliquem blasphemare? Blasphemus an possit capi in Ecclesia? Quæ & quot faciendæ ab Ecclesiasticis, ut salventur.

DECISIO XXII. *Argumentum.*

Declaratur, quid & quotuplex sit Simonia, & in quibus rebus committatur? Casus tres simoniaci; unus circa Sacramentorum administrationem; alii duo circa beneficia. De remediis, pro tollendo abusu secretæ conversationis inter Viros, ac puellas nobiles.

DECISIO XXIII. *Argumentum.*

Continuatur materia Simonie, & quæritur, an sit prohibita, quia est mala? An sit mala, quia est prohibita? An liceat dare pecuniam pro redimenda Vexatione in beneficio? Casus Patroni Simoniaci. Item Pensionarii volentis extinguere suam Pensionem. Motiva, quibus Ecclesiastici debent suas functiones devotè facere.

DECISIO XXIV. *Argumentum.*

De gravitate criminis Simonie, & de ejus pœnis tam si sit realis, quam conventionalis, aut confidentialis in beneficiis, seu cum examinatis Synodalibus. Casus duo Simoniaci, unus in ordine sacro, alter in resignatione beneficii. Quibus modis excitabitur in populis devotio erga Sacrosanctam Eucharistiam.

DECISIO XXV. *Argumentum.*

Explicat præsens Decisio. Quid sit Usura? Quare sit dicta? Quotuplex sit? Et quot, ac quibus legibus sit prohibita?

DECISIO XXVI. *Argumentum.*

Probat, esse Usuram vendere triticum de-

Index Argumentorum.

terminato pretio post certum tempus solvendo; sed cum pacto, ut tempore solutionis possit venditor tenere, vel pretium, vel triticum ad sui beneplacitum.

DECISIO XXVII. *Argumentum.*

Disputatur, ac deciditur famosa, sed difficilis Quæstio, Ad quem spectet augmentum, vel decrementum monetæ mutuatæ, si ante restitutionem mutui valor Monetæ augeatur, vel minuatur?

DECISIO XXVIII. *Argumentum.*

Referuntur media attrahendi plebem ad audiendum Verbum Dei, & ad discendam in Ecclesia Doctrinam Christianam.

DECISIO XXIX. *Argumentum.*

Declaratur, quoniam sint Usurarii manifesti; & duodecim poenæ infliguntur de Jure contra illos.

DECISIO XXX. *Argumentum.*

Disputatur casus frequens in Praxi de animalibus datis in societatem alicui rustico sub certa annua pensione, & ad caput saluum; idest ut reddatur eadem æstimatio, ac pretium, quo empta fuerunt ipsa animalia. Ostenditur talem contractum esse Usurarium, ac traduntur plures regulæ pro cognoscenda injustitia eorum, qui faciunt societates salvo capitali.

DECISIO XXXI. *Argumentum.*

Instruitur Confessarius, quid agere debeat cum Usurario poenitente, ut cum possit ritè, ac rectè absolvere.

DECISIO XXXII. *Argumentum.*

Redduntur rationes octo, ob quas Parochi debent inhabitare domum Parochialem.

DECISIO XXXIII. *Argumentum.*

Declarantur illæ duæ Theologorum exceptiones; quod pretium in mutuo non sit Usura ob lucrum cessans; vel ob damnum emergens.

DECISIO XXXIV. *Argumentum.*

Mutuans, qui ex mora mutuatarii in restituenda pecunia mutuata, non potuit ludere aleis, nihil valet exigere ratione lucri cessantis. Plura de ludo Alearum, & de conditionibus veri lucri cessantis.

DECISIO XXXV. *Argumentum.*

Usura Simoniaca, & Simonia Usuraria est mutuare pecuniam Patrono beneficii, ut cedat mutuanti liberam nominationem ad illud.

DECISIO XXXVI. *Argumentum.*

Quia plures rusticorum audiunt Missam in januis Ecclesiæ notantur decem jucunda argumenta, quibus Parochi eos suadebunt Ecclesiam intrare.

DECISIO XXXVII. *Argumentum.*

Quia sub prætextu periculi plures in mutuo committuntur Usuræ; declaratur in hac Decisione, quæ, & quot conditiones requirantur, ut ratione periculi possit exigere lucrum absque labe Usuraria.

DECISIO XXXVIII. *Argumentum.*

Disputatur, & deciditur, quando mutuans possit nomine poenæ exigere lucrum à mutuatorio. Differentia inter forum fori, & inter forum poli. Quatuor requisita, ut poena exigere possit in mutuo. Interusura dotalia sunt licita. Alii casus de licita poenæ exactione.

DECISIO XXXIX. *Argumentum.*

Undecim motiva notatu digna describuntur, quibus Parochi in die festo celebrare debeant in propria Parochiali.

DECISIO XL. *Argumentum.*

Solvuntur quæstiones duæ. Una, quod non sit Usura mutuare ad acquirendam benevolentiam mutuatarii. Altera quod sit Usura mutuare cum pacto, ut mutuatarius remutuet mutuanti.

DECISIO XLI. *Argumentum.*

Declaratur quid & quotuplex sit Mons Pietatis? Quæ leges sint in eo observandæ, & quantum possit exigere pro pecunia mutuo data pauperibus. Notantur abusus aliqui, qui irrepleverunt in Montibus Pietatis.

DECISIO XLII. *Argumentum.*

Usura non esse mutuare pecuniam, ut sibi reddatur farina: seu ut agricola conducat agros, firmat hæc Decisio, cum conditionibus tamen in ea suppositis.

DECISIO XLIII. *Argumentum.*

Sex urgentissimis rationibus demonstratur majorem obligationem habere genitores bene educandi filios, quam habeant Episcopi, vel Parochi.

DECISIO XLIV. *Argumentum.*

Explicatur difficilis materia Pacti legis commissoriae in mutuo. Referuntur duodecim casus, in quibus altercantur DD. an dictum Pactum sit licitum? Deciditur alia Quæstio an Mutuans licitè petat sibi dari fideiussorem?

DECISIO XLV. *Argumentum.*

An sit Usura solvere medietatem debiti anticipati; ut alia medietas non exigatur, nisi post tempus debitum? Item an liceat uti equo in pignus tradito?

DECISIO XLVI. *Argumentum.*

Triplici similitudine Magistrum, Medicum, ac Patris suadentur Parochi providere sibi de Confessario itabili, qui secum agat Officium supradictorum trium.

DECISIO XLVII. *Argumentum.*

Disputatur celebris Quæstio; An Usurarius acquirat dominium rei per usuram acceptæ? Rationes tum pro affirmativa: tum pro negativa, quæ amplectitur; etiam sub fœdere distinctionis utraque conciliatur. Motiva tum Parochis, tum Concionatoribus invehendi contra Usuras, ac illicitos contractus.

DECISIO XLVIII. *Argumentum.*

Quia ex re per Usuram acquisita sæpè nascuntur fructus; idèò disputatur, an eorundem Usurarius Dominus fiat.

DECISIO XLIX. *Argumentum.*

Disquiritur, An lucrum majus, sed incertum, possit emi minori lucro, sed certo. Item an credita difficilia vendi possint minori pretio.

DECISIO L. *Argumentum.*

Docet præsens Decisio, quando sit licitum dare in Societatem animalia æstimata ad caput Saluum, & cum obligatione, ut post quinquennium reddantur ad eandem æstimationem.

DECISIO LI. *Argumentum.*

Rationes decem ad suadendos homines, ne ad Ecclesiam accedant cum Sclopis, aut aliis armis.

DECISIO LII. *Argumentum.*

Quia tardatio solutionis debiti causat plura peccata; idèò in præsentis decisione declaratur pernicies tardæ solutionis, quæ vocatur Mora.

DECISIO LIII. *Argumentum.*

Quia ob moram Mutuatarii in restituendo mu-

Index Argumentorum.

mutuo Doctores videntur concedere exactio-
nem poenae; demonstratur, quibus conditioni-
bus poena in mutuo sit imponenda, & exigen-
da? Item an pecora possint dari in societate sal-
vis capitibus.

DECISIO LIV. *Argumentum.*

Fortissimis motivis demonstratur, parcen-
dum esse inimicis: Ac jucundis, sed veris rati-
onibus ostenditur, abstinendum esse à litibus.

DECISIO LV. *Argumentum.*

Comprobat hæc decisio, Usuram in re levi
non esse peccatum mortale.

DECISIO LVI. *Argumentum.*

Disputatur, an peccet, qui petit mutuum pec-
uniam cum Usura? Rationes pro utraque opi-
nione. Distinctione eadem conciliantur: con-
cluditur, melius esse non petere mutuum ab
Usurariis.

DECISIO LVII. *Argumentum.*

Exponuntur sequentia carmina, quæ conti-
nent casus quatuordecim, in quibus non est
Usura lucrum recipere à debitore pecuniæ.

DECISIO LVIII. *Argumentum.*

An sit licitus, vel illicitus contractus dictus
dare a godere, ubi exbursatur pecunia, Modi, ac
conditiones dandi rem fructiferam a *godere* pro
pecunia absque labe Usuraria.

DECISIO LIX. *Argumentum.*

Ponuntur conditiones necessariae in Censu
vitalitio servandæ; ne sit Usurarius.

DECISIO LX. *Argumentum.*

Pro festorum dierum sanctificatione tria bo-
norum operum genera esse faciendæ, & alia tria
esse fugienda docet præsens Decisio. Exempla
punitionis Divinæ contra profanatores festorum
dierum.

DECISIO LXI. *Argumentum.*

Declaratur quis sit Usurarius manifestus?
Quis occultus? Et quæ differentia inter utrumq.

DECISIO LXII. *Argumentum.*

Docetur qui, & qualis sit contractus dictus
Monthra, seu *Stocco*. Ostenduntur quatuor mo-
di illum committendi: Qui omnes damnati
fuerunt ab Innocentio XI. Ideo cautè legendi
Cardenas, & F. Cassianus à S. Elia circa hunc
contractum.

DECISIO LXIII. *Argumentum.*

Ut ludus, qui vocatur *Lotto*, sit licitus, quæ,
& quot conditiones, ac cautelæ sint necessariae,
docet præsens Decisio.

DECISIO LXIV. *Argumentum.*

Referuntur rationes ex Jure Divino, naturali,
Ecclesiastico, ac Civili; ob quas Filii tenentur
honorare Parentes, ac genitores suos.

DECISIO LXV. *Argumentum.*

Declaratur quid, & quotuplex sit Censuræ? &
quæ, & quot conditiones sint in eo servandæ,
ut sit licitus, præcipue ex Bulla S. Pii V.

DECISIO LXVI. *Argumentum.*

Disputatur famosa Quæstio an licitè à Judæis
exerceantur Usuræ? Vera declaratio text. Deu-
ter. 23. 19. quem Judæi ridiculè interpretantur
pro Usuris faciendis, et si prohibita sint cum
quocunque.

DECISIO LXVII. *Argumentum.*

An retardata solutione legati pii, à testatore in
pecunia soluti, possit legatarius exigere prodia
ad rationem quinque cum dimidio pro cente-

nario ab hæredibus, seu Commissariis ejusdem
testatoris absque labe Usuraria.

DECISIO LXVIII. *Argumentum.*

Decem motiva, rationes, ac argumenta, qui-
bus Parochi suadebunt fidelibus, ut omnino ca-
veant à perjuriis, falsisque juramentis.

DECISIO LXIX. *Argumentum.*

Declarat præsens Decisio, quid sit Livellus?
& in quibus differat à Feudo, ac à Censu, &
præcipue ab Emphyteusi? Et in quibus cum ea
conveniat.

DECISIO LXX. *Argumentum.*

Propositis quatuor divisionibus Livelli dispu-
tatur, an alius sit Prædialis, seu fundlarius, &
alius Pecuniarius? Hanc divisionem traditam à
Cæsare Manento non esse veram; sed omnem
Livellum esse prædiale fortissimis rationibus
ostenditur, evacuatis argumentis ejusdem Cæ-
saris Manenti.

DECISIO LXXI. *Argumentum.*

Livellarium contractum esse de sui natura li-
citur probat hæc Decisio. Deinde examinat,
an sint iusta hæc quatuor pacta scilicet? 1. Ut
solvantur quinque cum dimidio pro omni cen-
tenario? 2. Ut sint libera à publicis gravedini-
bus? 3. Et ab omni restauro? 4. Et quod in
casu venditionis rationum utilium Dominus di-
rectarius præferatur cæteris.

DECISIO LXXII. *Argumentum.*

Disputatur de iustitia, vel injustitia aliorum
duorum pactorum circa contractus Livelli.
Unum, An Livellariæ pensiones non solutæ
possint converti in capitale? Aliud circa pacta
affrancationis Livelli potissimum ad beneplaci-
tum Livellantis.

DECISIO LXXIII. *Argumentum.*

Demonstratur, non esse dicendam illicitam
constitutionem Livelli super minori numero
camporum existentium in corpore, & de cor-
pore possessionis, seu campanæ majoris sum-
mæ; et si confines illorum paucorum campor-
um individualiter non specificentur in Instru-
mento Livelli.

DECISIO LXXIV. *Argumentum.*

Domus, & Campi relictæ à Testatore Monia-
libus, ut ex eorum fructibus Capellaniam pro
ejus anima erigant; sed cum prohibitione eos-
dem campos alienandi, hypothecandi, seu Li-
vellandi; possunt à Monialibus dari ad Livel-
lum ob difficultatem illos locandi.

DECISIO LXXV. *Argumentum.*

De Livellis debitis cuidam Moniali, decursis,
& non solutis in magna quantitate, potest ipsa
Monialis de licentia Abbatis compositionem
facere super iisdem cum suis parentibus egenis,
illis aliquam portionem crediti decursi relaxan-
do, condonando, ac remittendo.

DECISIO LXXVI. *Argumentum.*

Declaratur quid, & quotuplex sit Cambium?
Quibus titulis cohonestetur lucrum in Cambiis?
Quæ, & quot conditiones sint in eis servandæ,
ne committatur Anatocismus.

DECISIO LXXVII. *Argumentum.*

Resolvitur non esse Cambium usurarium, si
Camparius petat, & insumat pecuniam in suis
necessitatibus, ac promittat pro lucro Cambii
quatuor pro centenariis; licet non habeat alibi

Index Argumentorum.

modum negotiandi ad cambia; si tamen Campfor dat pecuniam cum bona fide, & non habeat certam scientiam intentionis, ac egestatis ejusdem Campforii.

DECISIO LXXVIII. *Argumentum.*

Probatur, Cambia maritima Spalatenfium cum lucro certo sex pro centenario omni trimestri esse licita, ac legitima, quia verè, & propriè non sunt cambia, sed societates ad negotiandum, cum asscuratione pecuniæ à periculis, quam campfor ipse facit.

DECISIO LXXIX. *Argumentum.*

Quid, & quotuplex sit Restitutio? Quomodo ea faciendâ circa damna data per animalia in campis.

DECISIO LXXX. *Argumentum.*

Traduntur plures denominationes, ac definitionis Virtutis.

DECISIO LXXXI. *Argumentum.*

Differitur, an ficti pauperes possint retinere sibi elemosynas datas. Refertur lepida Historia de duobus Cæcis multam pecuniam habentibus tempore Sancti Antonini.

DECISIO LXXXII. *Argumentum.*

Resolvuntur duo importantes Casus de restitutione faciendâ à Meretricibus; & de deneganda absolute divitibus non solventibus Livellus, ac alia debita sua.

DECISIO LXXXIII. *Argumentum.*

Quid, & Quotuplex sit Prudentia? Quæ ejus munia? Quæ virtuti Prudentiæ partes integrantes? Quale ejus objectum? Subiectum? Quæ vitia Virtuti Prudentiæ opposita?

DECISIO LXXXIV. *Argumentum.*

Agitur de restitutione damni ob homicidium: & quomodo sit definiendum pretium rei furto ablata, restituendum Domino.

DECISIO LXXXV. *Argumentum.*

Docet hæc Decisio, quid, & quotuplex sit Justitia? Quale Objectum, ac Subiectum Justitiæ? Qui Justitiæ effectus? Quæ vitia Justitiæ opposita.

DECISIO LXXXVI. *Argumentum.*

Enucleantur diversi casus circa obligationem restituendi: nempe, si dominus rei sit ignotus, vel incertus? vel absque hæredibus defunctus? Si res sublata esset nocitura suo domino? Vel si quis possideat campos alienos ex sententia injusta?

DECISIO LXXXVII. *Argumentum.*

Quid, & quotuplex sit Amicitia? Quæ ejus proprietates? Quæ ejus officia? Quibus causis dissolvatur.

DECISIO LXXXVIII. *Argumentum.*

Differitur ad quem spectet thesaurus inventus vel in fundo proprio, vel in fundo alieno? Dantur plures distinctiones circa diversos modos inveniendi thesauros. Docetur, quid dicendum de bonis repertis in littore maris.

DECISIO LXXXIX. *Argumentum.*

Declaratur quid sit Liberalitas? Quotuplex? Quodnam ejus objectum, & subiectum? Quæ conditiones in ea servandæ, Quæ vitia sint Liberalitati opposita?

DECISIO XC. *Argumentum.*

Quis dicatur bonæ fidei possessor? Quis autem malæ fidei? declarat præfens Decisio in ordine ad restitutionem.

DECISIO XCI. *Argumentum.*

Matri dicenti, se genuisse filium ex adulterio, an ei credendum? Et quatenus verum dicat, quomodo suæ conscientiæ consulendum? Notantur pœnæ contra adulteros antiquorum temporum.

DECISIO XCII. *Argumentum.*

Traditur, an satis sit restituere titulo donationis rem furto ablatam? De restitutione bovis, & ovis apud Hebræos. An fur posset occidi impunè? Quid significet Vox septuplum? Exemplum campanulæ jugiter sonantis abacto bove.

DECISIO XCIII. *Argumentum.*

Explicatur, Quid sit Fortitudo? Quotuplex? Quot ejus partes? Quale objectum Fortitudinis? Qui ejus Actus? Quæ vitia Fortitudini opponantur.

DECISIO XCIV. *Argumentum.*

Demonstratur, non satis esse debitori ordinare restitutionem in Testamento. Res donata, moriente donatore, ac donatario ante consignationem, quibus hæredibus sit danda? Confessarius an de suo teneatur dare pecuniam sibi suppreptam, habitam à Pœnitente pro restitutione faciendâ.

DECISIO XCV. *Argumentum.*

Explicatur, Quid sit Patientia? Quotuplex? Quodnam ejus objectum? Quibus mediis acquiratur? Quibus contrariis oppugnetur.

DECISIO XCVI. *Argumentum.*

Referuntur novem genera personarum, quæ obligatæ sunt ad restitutionem, ob damnum alteri datum, vel rem injustè acceptam.

DECISIO XCVII. *Argumentum.*

Ostenditur quando sit obnoxius restitutioni, qui consulit circa furtum faciendum, vel dat iusfragium pro lite injusta gerenda.

DECISIO XCVIII. *Argumentum.*

Explicatur, Quid sit Humilitas Virtuosa? Quotuplex? Quot ejus gradus? An exerceri possit à personis sublimibus, & in dignitate constitutis? Quibus incentivis?

DECISIO XCIX. *Argumentum.*

Deciditur, an teneatur restituere Mandans damnum fieri, si revocavit mandatum factum? Et an illi, qui filios illegitimos mittunt ad Hospitale Domus Dei? Et an Advocati patrocinati lites injustas, vel dubias.

DECISIO C. *Argumentum.*

Declaratur, quid sit Abstinencia? Quotuplex? Quot ejus species? Quæ ejus extrema?

DECISIO CI. *Argumentum.*

Agitur de obligatione restituendi, quæ incumbit Adulatoribus, ac Meretricibus. Refertur factum mirabile, sed non imitabile S. Vitalii Abatis.

DECISIO CII. *Argumentum.*

Exponitur, Quid sit Eutrapelia? Quotuplex? Quando sit Virtus? Quando Vitium?

DECISIO CIII. *Argumentum.*

Breviter, sed clarè traditur obligatio restituendi fructus tam bonæ, quàm malæ fidei possessoris.

DECISIO CIV. *Argumentum.*

Melioramenta facta in re aliena, quando sint restituenda ei, qui illa fecit? Et an teneantur ad restitutionem illi, qui præstant domos suas lusori.

Index Argumentorum.

Iuforibus alearum? Industria B. Nicolai Alberti Cardinalis Archiepiscopi Bononiensis in extirpandis alearum, ac taxillorum ludis.

DECISIO CV. *Argumentum.*

Docetur: Quid sit Mansuetudo? Quotuplex? Quæ ejus officia? Quæ ejus requisita? Quæ vitia Mansuetudini opponantur?

DECISIO CVI. *Argumentum.*

Referuntur compendiosè, Quæ sint causæ exculantes à restitutione rei alienæ? & quando Judices obligati sint ad restitutionem? Notantur novem qualitates boni Judicis excerptæ ex revelationibus S. Birgittæ.

DECISIO CVII. *Argumentum.*

Demonstratur, cur, & quando Confessarius teneatur ad restitutionem, quam poenitens ipse facere debebat?

DECISIO CVIII. *Argumentum.*

Explicatur, quid sit Virtus Heroica? Quotuplex? Quæ sint requisita Heroicitatis? Quibus signis cognoscatur Heroica Virtus? Quos pariat effectus?

DECISIO CIX. *Argumentum.*

Referuntur motiva, quibus Parochi, & personæ Ecclesiasticæ tenentur exercere Officia Divina cum Tonsura, Veste talari, decenti suppellectili Sacra; & servare Silentium in Choro, & Attentionem internam, & externam.

DECISIO CX. *Argumentum.*

Quibus mediis, & rationibus poterunt Parochi retrahere populum à peccatis carnis.

DECISIO CXI. *Argumentum.*

Referuntur rationes, quibus Ecclesiastici, de bonis per eos cumulatis redditibus beneficiorum, tenentur potius facere Eleemosynam in vita, quàm eam ordinare faciendam in testamento post mortem.

DECISIO CXII. *Argumentum.*

Recensentur rationes, ac diligentia adhibenda ab Animarum Curatis, ut retrahant populum à crapulis, & ebrietatibus?

DECISIO CXIII. *Argumentum.*

Refertur ordo, sive methodus incensandi Altare juxta Rubricas. Numerus incensationum. Earundem Mysterium, tam in Missa, quàm in Vesperis.

DECISIO CXIV. *Argumentum.*

Disputatur quibus modis auferri, & aboleri possit pessima consuetudo Plebis blasphemandi, pejerandi, & irreverenter nominandi Sanctissimum Nomen Dei, ac B. Mariæ Virginis.

DECISIO CXV. *Argumentum.*

Disputatur, An Rubricæ Missalis rectè dividantur in Præceptivas, & Directivas? Hæ, & illæ, quæ sint? Et quando earum transgressio sit culpa mortalis? aut Venialis.

DECISIO CXVI. *Argumentum.*

Ostenditur quibus industriis possit Parochus inferere in cordibus populorum devotionem veram erga Sanctissima Sacramenta; ita ut pie, ac frequenter accedant ad Confessionem, & Communionem.

DECISIO CXVII. *Argumentum.*

Disseritur, quo mysterio celebretur Missa pro Defunctis etiam die Tertio, Septimo, Trigesimo, & Anniversario? Et quænam sit Missa de Requiem dicenda pro Defuncto Sacerdote ex quatuor positis in Missali.

DECISIO CXVIII. *Argumentum.*

Demonstratur, quibus rationibus persuadendi sint homines Adulti, ut concurrant ad Ecclesiam ad audiendam explicationem Doctrinæ Christianæ, hora, qua fiunt disputationes circa illam.

DECISIO CXIX. *Argumentum.*

Differitur, quot, & quibus causis non sint permittendæ confabulationes, discursus vani, verba otiosa, aut ridicula in Sacristiis.

DECISIO CXX. *Argumentum.*

Referuntur Argumenta ad suadendum Mulieribus, ut modestas Vestes deferant; pectus, humeros, & brachia velata habeant; & ab ornamentis vanis abstineant.

DECISIO CXXI. *Argumentum.*

Demonstrat hæc Decisio, quot rationibus Parochus timere non debeat incommoda: Sed eum oportet incessanter laborare in ministerio suo, procurando spiritualia bona, ac Salutem animarum sibi creditarum.

DECISIO CXXII. *Argumentum.*

Differitur, quibus rationibus retrahendi sint per Confessarios filii familias, ac famuli à furtis domesticis, & à dissipatione rerum suæ domus.

DECISIO CXXIII. *Argumentum.*

Exponuntur, quæ, & quot sint utilitates resultant, quando Parochus, præcipuè in Villis, scholam aperit, & docet pueros suæ Parochiæ legere, ac scribere.

DECISIO CXXIV. *Argumentum.*

Traditur, quibus rationibus Parochus suadebit populo suo, ut propriam Ecclesiam Parochialem frequentet, in ea audiendo Divina officia, & recipiendo Sanctissima Sacramenta.

DECISIO CXXV. *Argumentum.*

Demonstratur, quot, & quibus rationibus debeat quilibet Confessarius singulis diebus determinatè legere tum Spiritualem aliquem librum, tum alterum librum de casibus conscientia pertractantem.

DECISIO CXXVI. *Argumentum.*

Demonstratur, quibus industriis, seu rationibus evelli possit à populo Vitium detractionis.

DECISIO CXXVII. *Argumentum.*

Explicatur, quot, & quibus rationibus debeant Parochi personaliter exercere curam animarum, & administrare S.S. Sacramenta per se ipsos, non autem per capellanum.

DECISIO CXXVIII. *Argumentum.*

Referuntur rationes omnes, quibus demonstratur obligatio genitorum, ne permittant pueros, & puellas, quinquennio completo, dormire simul.

DECISIO CXXIX. *Argumentum.*

Proponitur, quot, & quibus rationibus debeat Parochus personaliter assistere agonizantibus, & moribundis suæ Parochiæ.

DECISIO CXXX. *Argumentum.*

Ostenditur, quibus rationibus persuadendus sit populus ad servanda jejunia sacra, tum Quadragesimæ, tum Vigiliarum de Præcepto.

DECISIO CXXXI. *Argumentum.*

Item demonstratur, quibus, & quot rationibus Parochus obligatus sit prædicare populo suo Verbum Dei festivis diebus.

DECISIO CXXXII. *Argumentum.*

Recensetur, quæ sit vera methodus prædicandi fructuosè,

DE

Index Argumentorum.

DECISIO CXXXIII. *Argumentum.*

Declaratur, quinam sit finis ultimus hominis? Unde procedat cæcitas humana, quæ de ultimo Fine parum, aut nihil curat? Quæ sint damna hujus cæcitatæ? Quæ remedia.

DECISIO CXXXIV. *Argumentum.*

Exponitur, quid sit Habitus malus ad peccandum: Unde oriatur, & augeatur? Quot ejus sint damna? Quæ ipsius remedia.

DECISIO CXXXV. *Argumentum.*

Disputatur, & definitur, Quid sit Amor proprius? Quæ ejus origo? Quæ damna pariat? Quæ sint remedia?

DECISIO CXXXVI. *Argumentum.*

Quid sit Superbia? Quotuplex? Quot ejus filix? Quot mala pariat? Quibus remediis curetur.

DECISIO CXXXVII. *Argumentum.*

Disseritur, Quid sit Avaritia? Quotuplex? Quæ ejus filix? Quæ mala proveniant ex Avaritia? Quibus remediis curanda?

DECISIO CXXXVIII. *Argumentum.*

Declarat hæc Decisio. 1. Quid sit Amor carnalis? 2. Quotuplex? 3. Qui ejus effectus? & damna? 4. Quæ remedia.

DECISIO CXXXIX. *Argumentum.*

Ad avertendos Juvenes à conversationibus pravis declarat hæc Decisio, quæ, & quot mala insurgant ex conversatione pravorum hominum? Quibus motivis sit ab eorum familiaritate, & amicitia abstinendum.

DECISIO CXL. *Argumentum.*

Eleganti, sed docto stylo declaratur. 1. Quid sit Ira? 2. Quotuplex? 3. Quæ ejus filix? 4. Quot species iratorum hominum? 5. Quæ mala nascantur ex ira? 6. Quibus remediis ira curetur.

DECISIO CXLI. *Argumentum.*

Tractat præsens Decisio. Quid sit Gula? Quot, & quibus modis contingat peccare per Gulam? Quot effectus, seu Filix ejus? Quot mala producat? Quibus remediis obviandum iidem.

DECISIO CXLII. *Argumentum.*

Declaratur, quid sit Acedia? Quæ, & quot ejus filix? Quæ, & quot damna ex ea procedant, potissimum in animarum Pastoribus? Quæ remedia adhibenda contra hoc vitium.

DECISIO CXLIII. *Argumentum.*

In præsentî Decisio ostenditur Quanta sit Comœdiarum inhonestarum pernicies? Quibus motivis sit ab eis abstinendum?

DECISIO CXLIV. *Argumentum.*

Dilucidat præsens Decisio. 1. Quid, & quotuplex sit Mendacium, & Quale peccatum? An aliquando liceat dicere mendacium? An ad celandam veritatem in aliquo casu sit licitum adhibere restrictiones mentales; sive Verba æquivoca, aut amphybologica? Quæ mala eveniant à mendacio? Quibus industriis Parocho utendum, ut fideles abstinere, & abhorre faciat à mendaciis?

DECISIO CXLV. *Argumentum.*

Examinat hæc Decisio. 1. Quid sit Abortus? Quam grave peccatum? Quæ pœnæ sint statuta contra procurantes Abortum?

DECISIO CXLVI. *Argumentum.*

Explicatur in hac Decisione. 1. Quid sit Adultrium? 2. Quotuplex? 3. Quam grave peccatum? 4. Qui ejus pessimi effectus? 5. Quæ ejus pœnæ? 6. Quæ ejus remedia?

DECISIO CXLVII. *Argumentum.*

Proponitur: Quid sit Ambitio? Quantum perniciofa? Quæ remedia adversus illam?

DECISIO CXLVIII. *Argumentum.*

Declarantur mala, quæ proveniunt ex amatoriis conversationibus adolescentium diverſi sexus. Et quibus remediis occurrendum sit illis?

DECISIO CXLIX. *Argumentum.*

Agitur, ex Choreis quot mala proveniant? Quibus argumentis sint usuri Parochi contra Choreas.

DECISIO CL. *Argumentum.*

Ostenditur. Quam grave peccatum sit Blasphemia? & quibus argumentis retrahendi sint homines ab hoc delicto?

DECISIO CLI. *Argumentum.*

Indicatur. Quam grave piaculum sit Irreverentia in Ecclesiis? Quibus remediis eidem occurrendum?

DECISIO CLII. *Argumentum.*

Inquiritur, Quæ, & Quot sint malæ cogitationes cordis? Quanta earum malitia? Quibus remediis repellendæ?

DECISIO CLIII. *Argumentum.*

Perquiruntur, & examinantur viginti quatuor peccata Patrum, ac Matrum familias occasione filiorum. Quibusvè rationibus suadendi sint ad bene educandos Filios?

DECISIO CLIV. *Argumentum.*

Præsens Decisio manifestat, Quid sit Judicium Temerarium? Quanta ejus Igravitas, & malitia? & quibus remediis, seu rationibus obviandum sit illi?

DECISIO CLV. *Argumentum.*

Continet hæc Decisio: 1. Quid sit Detractio? & Quot modis fiat? 2. Quæ sint præcipuæ Questiones in materia Detractionis non ignorandæ à Confessariis? 3. Quot, & quibus noceat Detractio? 4. Quando, & Quomodo sit restituenda Fama? & alia damna ex Detractione secuta? 5. Quanta sit malitia Detractionis? Quibus remediis tanto crimini obviandum?

DECISIO CLVI. *Argumentum.*

Invehit hæc Decisio contra Calumniatores; & quia plurimum calumniæ prodeunt vel à Forensibus, vel ab Aulicis, de his præcipue agitur, juxta numeros sequentes; videlicet: 1. Quid sit Calumnia? 2. Quarum personarum proprium sit Calumniari? 3. Quanta sit excellentia Advocatorum? 4. Quæ boni Advocati requisita? 5. Quæ mali Advocati fors, & obligatio? 6. Quæ peccata Procuratorum in litibus? 7. Quæ pœnæ statuta de Jure contra Calumniatores in Judicio? 8. Quæ Notariorum culpa? 9. Quæ Aulicorum crimina? 10. Quæ Invidiorum flagitia. 11. Quibus argumentis deterrendi Calumniatores. 12. Quibus confortandi calumnias patientes.

* * *

DE-